e-codices

Pe D ico ut perpetuo pereas. Sa credere hodie tu teſtibus
Pe T ua quidem cucule cauſa. non hercle ſi oſ perciderim tibi
M e tuam morticine. Sa uideo ego te iam incubitatus eſ
Pe I ta ſum quid id attinet ad te at non ſum ita uita gratiſ.
Sa C onfidens. Pe ſum hercle uo nam ego me confido
L iberum fore ut te nunq̄ ſperas. Sa potin ut moleſtuſ ne ſies
Pe Q uod dicis facere non quid. Sa abi in malam rem. Pe at tu domum
N am ibi tibi parata p̄ſtoſt. Sa uadatur hic me. Pe utinam
V adeſ deſint in carcere ut ſiſ. Sa quid hoc. Pe quid eſt.
Sa E tiam ſcelus male loquere. Pe tandem ut liceat cum ſeruus ſis
S eruum tibi maledicere. Sa ita ne ſpecta quin dedero
. Pe N ihil iam nihil hēſ. Sa dij deæq; te omneſ perdant
N iſi hodie ſi prendero defigam in terram colaphis
Pe A micus ſum eueniant uolo tibi quae optas atq; id fiat: tun me
D efigas. te cruci ipſum propendenti affigent alij. Sa quin te dij deæq;
S ciſ quid hinc porro dicturus fuerim nil linguæ moderari queam.
P otin habeas. Pe abigis facile. nam umbra mea intuſ vapulat
Sa V t iſtunc dij deæq; perdant tanq̄ proſerpens beſtia bilinguis
E t ſceleſtus. hercle illum abijſſe gaudeo foreſ aperite. ecce autem
Q uem conuenire maxime cupiebam egreditur foras.

TOXILVS. SOPHODICLISCA ANVS. SAGARISTIO

P Aratum iam eſſe dicto unde argentum ſit futurum iubeto
H abere animum bonum. dic me illam amare multum ū ſe adluat
I bi me adluat. que dixi ut nuntiareſ ſatin ea tenes. So magiſ
C alleo q̄ aprugnum callum callet. To propera abi domum
Sa N unc ego huic graphicę facetus fiam ſubnixiſ aliſ me inferam
A tque amicibor glorioſe. To ſed quis hic an ſatuſ ambulat
Sa M agnifice conteſtabor. To ſagariſtio hic quidem ē. ſ; quid
A gitur ſagariſtio ut ualet ecquid quod mandaui tibi eſt ne
I n te ſpecule. Sa adito uidebit factum uola uetuito promoveto
To Q uid hoc id in collo tibi tumet. Sa uomicaſt preſſare parce
N am ubi qui mala tetigit manu doloreſ cooriuntur
To Q uando iſtec innata eſt tibi. Sa hodie. To ſecari iubeſis
Sa M etuo ne īmaturam ſecem. ne exhibeat plus negocij
To I nſpicere morbum tuum lubet. Sa abi atque caueſis a n cornu
To Q uid iam. Sa quia boueſ bini hic ſunt in crumena. To emitte ſodeſ

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 207r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/207r)